

contingamus ne maledictionem domini incurramus deuter. xxv. ubi dicitur. **V**ale dicitur qui transfert terminos proximi sui. Item tunc etiam ordinaliter viuimus. si unusquisque statum et ordinem in quo vocatus est seruat et custodiat fideliter non declinans ad dextram nec sinistram ut qui in matrimonio vocatus est. custodiat legem matrimonij. et qui in religione viuunt custodiat regulam voti sui et sic de reliquis. que fideliter conseruata cauent omni proximo ab offensa. vnde. i. Cor. vii. Unusquisque in quo vocatus est in eo permaneat apud deum. **S**ecundo studeamus viuere socialiter. ut omni proximo nos exhibeamus ad obsequium in caritate et fide non ficta conformantes nos in bono studijs singulorum. non ut eis placeamus sed ut eos in bonum trahamus. et ut cum eis pacem habeamus. Nam de primo di. apostolus. i. Cor. ix. Cum liber essem ex omnibus omnium me seruum feci: ut omnes lucrifacerem. et factus sum iudeis iudeus et his qui sub lege sunt tanquam sub lege esse. omnibus omnia factus sum ut omnes facerem saluos. de secundo autem di. bern. Sunt plurima que angelis sanctis in nobis placent et que in nobis inuenire delectant. ut est sobrietas castitas creber gemitus et orationes cum lacrimis. attramen super omnia hec unitatem et pacem a nobis exigunt angeli pacis ut nihil eque offendit et ad indignationem prouocat angelos quomodo faciunt dissensiones et scandala. **R** **T**ercio sicut angeli humiliter incedamus inferiores nobis preferentes. equales uenerantes superioribus humiliter obediens omnibus nos postponentes. de his tribus scilicet ordinaliter socialiter humiliter dicit bern. Arbitror quod qui in congregatione esse bene uiuis si ordinaliter socialiter humiliter uiuis. Ordinaliter ut in omni conuersatione studeas sollicite obseruare vias tuas in conspectu dei et proximi. tibi cauens a peccato et proximo a scandalo. Socialiter ut studeas amari et amare portare infirmitates omnium a nemine portari. omnibus te exhiberi affabilem et tractabilem et obsequiosum et uirtuosum ad omnes ut oculi omnium sint in

te. demonstrantes te digito et dicentes. hic est fratrum amator et populi israel. **H**umiliter ut cum fecerimus omnia spiritum uanitatis exufflare studeamus. dicentes nos iuxta consilium domini seruos inuiles. quod debuimus fecimus nil addentes. hoc enim gratum est valde domino. et sicut grati sic tibi dicente bern. Magna et rara uirtus est. ut magna licet operantem magnum te nescias et manifestam omnibus tuam te solum latere sanctitatem. hoc ego ipsis uirtutibus mirabilius iudico. et ideo talis humilitas que cum magnis operibus conseruatur mirabiliter placet deo et facillime impetrat cumulum gratiarum. dicit enim bern. In ueritate compi nil eque efficac ad gratiam promerendam conseruandam et recuperandam quam si omni tempore inueniaris non alium sapere sed timere. vnde iero. Nihil est quod nos ita deo et hominibus gratum faciat quam si uite merito magni et humilitate simus infirmi quia ut ait grego. perditur omne quod agitur si non humilitate custoditur. Quare tunc uero membrum angelorum scilicet de exercicio quod supra se habent. quia sermo in longum ductus est. in sermonem alium referuimus loquentes tunc quod deus dedit.

LXXXVIII

De eodem sermo secundus.

Angeli eorum

semper vident faciem patris.

Mat. xvij. **L** **D**icit bern.

Angelorum est triplex funiculus quo de excelso celorum habitaculo ad consolandos uisitandos et adiuuandos nos attrahitur supereminens caritas angelorum scilicet propter deum. propter seipsos propter nos. Propter deum cuius tanta erga nos misericordia ipsi ut dignum est imitantur cupientes impleri eius quem ipsi supra se vident de nobis desiderium et uoluntatem. Propter nos in quibus propriam sollicitudinem miserantur. Propter seipsos quorum ordines instaurantur ex nobis tanto desiderio prestolantur. que cum ita sint pensate quanta nobis sollicitudine opus sit. ut dignos nos eorum presentia exhibeamus. In uerbis ergo pro-

R 4

positis predicte quatuor consideraciones q̄
in prior sermone posite sunt tanguntur. Pri-
mo enim ea que in seipsis habent tanguntur.
secundo ea in quibus sibi mutuo obsecun-
tur. tertio ea in quibus ad nos inferiores di-
sponuntur. quarto quomodo supra se ad de-
um rapiuntur. Primum ibi angeli. secundū
iterū ibi angeli. secundū q̄ plālis est numeri
tercium ibi eorum scilicet hoīm qui nos su-
mus. quartum ibi semper vident faciē pr̄is
Expectis ergo in prior sermone de tribus
considerationibus scilicet in se inter se et ad
inferiores. Nunc dicendum restat de quar-
ta consideratione. scilicet q̄ supra se ad dñm re-
feruntur. **S**unt aut̄ tria que sup̄
se ad deum exercent sc̄z contēplationem di-
lectionem: laudationem. que deo exhibent
incessanter. Primo dico q̄ angeli dei deum
sine medio facie ad faciem contemplantur
quod in thēmate proposito evidenter innuit̄
cum dicitur. angeli eorum scilicet hoīm sēp̄
vi. fa. p. Illud enim videre non est aliud ni-
si facie ad faciem contemplari. in qua contē-
platoe vident quō et in quibus di debeat̄ exe-
qui voluntatem. nec minus contemplantur
deum cum in miserium nostrū mittuntur
q̄ ut ait gre. quocunq̄ mittuntur intra deū
currere perhibentur. Secundo ad deū hñt
feruentem dilectionem. q̄ quanto deū lim-
pidius cognoscunt tanto āplius ip̄m amāt
dicit enim augustinus. q̄ dilectio ex cognitione
ortum trahit. talis enim et tanta dulcedo est
deus q̄ non pōt non diligī. et ideo tanto sint
certius deum diligūt angeli dei. quanto am-
plius hñc cognoscunt. Tercio angeli dei de-
um laudant incessanter. De q̄ laude dicit̄
Esa. vi. Clamant angeli sancti sancti sancti
dñs deus exercituum. plena est maiestate
eius omnis terra. hinc est q̄ etiā sponsa xpi
ecclesia huius laudis cupida op̄at̄ deū cuz
angelis collaudare dicens. Maiestatem tu-
am laudant angeli. adorant dñationes tre-
munt p̄tates. celi celozq̄ virtutes ac beata
seraphin sociā exultatione concelebrant. cū
quibus et nostras voces vt admitti iubeas
deprecamur supplicii confessione dicentes sā-
ctus sanctus sancti et c. Si ergo cupimus
in angelorum consortio deputari. studeam?

in his que sup̄ se deo exhibent imitari. Pri-
mo discamus deum cum angelis contempla-
ri. quod si tam clare fieri non poterit (q̄pe
quia in huius peregrinationis exilio videmus
per speculum et in enigmate ip̄i aut̄ facie ad
faciem) ipsos tñ qualitercunq̄ possumus et
prout in via est possibile imitemur. **P**ropter
quod sciendum q̄ delectabilis vi-
sio surgit ex triplici apparatu. scilicet ex oculo-
rum sanitate. mediū claritate. obiecti amabi-
litate. Primum fit per cordis mundiciam.
scilicet p̄ adiuuantē gratiam. tertium per admi-
rationis flagrantiam. Primum ergo fit p̄
oculorum sanitatem. Propter q̄ sciendum
q̄ p̄m bern̄. duos oculos h̄z anima. vnū q̄ i-
telligit. scilicet quo diligit. hoc est intellectum et
affectum qui duo alijs nominibus dici p̄nt
cognitio et deuotio. Videt̄ ergo a cōreplato-
ribus deus oculo vtroq̄. sed ab altero vul-
neratur q̄ vbi intellectus caligat. affectus
penetrat. et vbi ille repellitur iste admittitur
quippe p̄scutari phibemur dei archāa intel-
lectu dicente eccl. Altiora tēne quesieris et ma-
iora te ne scrutatus fueris. et ap̄ iubet n̄ pl̄
sape q̄z ōz. oculo aut̄ deuotōis seu dilectōis
iubemur accedere. ps. Glacate et videte quā
ego sum deus. itē. Accedite ad eum et illūia-
mini. Sed etiā amare plus q̄ possumus iu-
bemur dicente bern̄. Modus diligendi deū
est sine modo. Vbi ergo duo oculi sanandi
sunt. si cum eis deum volumus contempla-
ri. qui tunc ad familiaritatem redeunt si per
deuota exercicia intellectus illuminat̄ et affe-
ctus inflammat̄. Sic enī primis parentibz
dati sunt vt intellectus illuminatus cognos-
ceret deū. et affectus inflammat̄ cognitum
amaret. Sed intellectus cecus factus ē per
pctm̄ et affectus sedus. a quibus cum sanan-
tur erunt instrumenta nobilia ad dñm con-
templandum. Intellectus sanatus lucidā
h̄z intelligentiam de deo et de his que ad de-
um sunt. vt est intellectus sacre scripture
et rationes fidei et opa dei intelligere et c. Af-
fectus aut̄ inflammat̄ desiderat dei benepla-
citū et oia que eis sunt. vñ cum hi duo oculi
ad talem sanitatem perueniunt deum facili-
ter contemplantur. Secundū ad contēpla-
tionem adiuuans consistit in mediū claritas

te. hoc autem medium est gratia adiuuans tra-
bens et promouens contemplantem. hinc gre.
Dum nos gratia superni respectus illuminat
cuncta etiam mentis nostre nobis abscola
manifestat. Ad hoc enim sancti spiritus gra-
terreni menti infunditur ut ad intellectum
sui conditoris erigatur. hinc bern. Sic nos
spiritu sancti gratia erigit quadam fiducia
ita deum inclinat ad nos sua misericordia.
hoc ergo medium quod est gratia quanto est
clarius tanto nos efficacius ad deum trahit.
Tertium adiuuans ad delectabilem contem-
plationem consistit in obiecti amabilitate.
Si enim id quod contemplandum est esset
odiosum. cito visus auerteret se ab eo. et quod
nihil est adeo amabile sicut deus. ideo obie-
ctum diuinum ad contemplationem maxime
coopatur. illud enim obiectum quod est de-
us contemplanti propter suam amabilitatem
delectabilem dat saporem. qui sapor contem-
plantem violenter rapit in admirationem
etiam in quacumque facie domini contemplan-
tem. Habet enim deus faciem humanitatis et faci-
em diuinitatis et utraque facies ut ait illa he-
ster. plena est gratiarum propter quod deus
unicuique contemplanti ipsum exhibet faciem
suam in eo sapore prout scit maxime compe-
tere contemplanti. hinc bern. Videtur a quo
libet amante deus prout amat ab alio quidem
sic. ab alio vero sic pro varietate affectuum
quibus feruntur in deum. Alii enim ad diuini-
tatis archana feruentius inhyant. Alii autem
humilitatis et humanitatis misteria secreti-
us admirantur contemplantes altissimum
consilium dei super salute humani generis
totum tamen tutum est quod oculus intue-
tur amoris. qui solus nunc videt ad meri-
tum quandoque visurus ad premium. hoc pro-
dicitis adhaerentes ut sicut angeli deum sem-
per contemplantur etiam cum ad exteriora
mittuntur. sic et nos a contemplatione nun-
quam taliter recedamus. etiam cum ad exteri-
ora agenda in actiua vita nos recipimus.
sed tunc per inferiorem partem. id est per cogitati-
onem dominum contemblemur. Sic enim
dicit bern. Feruus animus ad omnem se tem-
porat laborem. nec in eo dissoluitur. sed per
eum magis in semetipsum colligitur. qui

semper pre oculis habet. non tamen id quod agit
sed quo agendo intendit. hinc deuteronomi. De
Caue ne unquam obliuiscaris domini dei tui.

Secundum exercitium quod supra
se ad deum habent angeli dei consistit in di-
lectione qua semper in deo diuino igne fer-
uent et feruendo ardent. in cuius amore et a-
moris feruore deo in nobis qui inferiores
sumus delectabiliter obsequuntur. Sic et
nos imitemur angelos feruentissime deum
diligentes. ut non simus contenti illa dile-
ctione que prohibet nos peccare. nec illa que
iubet bona operari. sed inhyamus ad illam
que in cordibus nostris feruens et ebulliens
omne impurum euomat et in deum nos tras-
ferat. ita ut omne quod non est deus non
solum sit nobis abominabile. sed penitus
alienum. sic enim dicitur Esa. In igne zeli
mei deuorabitur omnis terra id est terreni-
tas. et solum relinquitur flamma dei. Item
iob. xxxix. Feruens sorbet terram. quia in ta-
li caritate nihil relinquitur quod sit carne-
um vel terrenum sed omne quod sentitur est
diuinum. non ergo ad quamcumque sed tan-
tum ad angelorum caritatem tenemur. per
quam non solum adherent deo. sed et fruun-
tur. Ipsa est enim de qua dicit Bernardus.
Magna caritas ad deum est adhesio et fructio
quia vnus cum deo spiritus efficimur quare
qui habet non solum vult quod deus vult sed in
affectu perfectus est. ut non possit velle ni-
si quod deus vult. quod est et proprie pro-
rium angelorum. Nec mirum si in hoc af-
fectu similes sumus angelis. quia etiam si-
miles sumus deo. nec solum hoc sed quid-
dam amplius quod non audeo dicere sed
ausus est scribere qui dicebat Bernardus.
quicquid est patris et filii in summa illa vnita-
te sic est vnitas. suauitas. bonum. osculium. ample-
xus. et si quod est communitatis. hoc homini suo modo fit ad de-
um quod substantiali filio est ad patrem et patrem ad
filium in qua beata conscia et si meretur fieri
homo dei non deus. sed tamen quod deus est. quod
quod deus ex natura hoc homo ex gratia fit.

Ad hanc ergo angelorum caritatem.
si quis conari desiderat in tribus viriliter ex-
ercebit. scilicet in omnium delectabilium subtra-
ctione. bonorum operum multiplicatione. diuini

voluntatis conformacione. hec enim tria ca-
dunt in angelorum caritate. **P**rimo dico quod
omnia nobis delectabilia subtraham. vñ
greg. Si quodlibet quod sine carnem de-
lectat abscondimus mor in deo quod delectat
inuenimus. nihil ergo delectet nos in infi-
mis. qui summam delectationem cupimus in
celis. si ergo bonum diligitur mens in bo-
nis melioribus id est in celestibus delectet.
Ite bern. Iustus est ut quos presentia non de-
lectant. presto sit eis memoria futurorum. **C**um
de his qui non proficiunt apud deum cam-
ponit di. Amant enim in carne sua terrenas
consolatiunculas. siue in verbo siue in signo
siue in facto. et si hec interruptunt aliquan-
do non tamen penitus rumpunt inde est quod raro
affectiones suas erigunt in deum huius rei
cam designat greg. di. Anima sine delectati-
one esse non poterit. aut enim delectabitur in
infirmis et caret supremis. aut in summis et
contemnit infima. Secundum consistit in
diuine voluntatis conformacione. sic enim an-
geli diligunt ut semper velint quod deus. sic
et nos tam in prosperis quam in aduersis ex ple-
no affectu spiritus velimus quod deus. quod fi-
lius dei nobis proponit in seipso qui etiam in
passione sua voluntatem suam scindere no-
luit a patre dicens post orationem. **V**lexi non
mea voluntas fiat sed tua. propter quod psalms di.
Doce me facere voluntatem tuam. quia deus meus
es tu. si enim deo hic in voluto conformamur. in ce-
lo sibi in glorificatione assimilamur. **T**ertium con-
sistit in bonorum operum multiplicatione. quorum
cumulum quanto maiorem facimus. tanto ignis
caritatis crassius et violentius inardescit.
Impossibile est enim ut opera que in caritate fi-
unt. caritate etiam non augmententur. sic granum
semis germinat herbam et eadem herba idem granum
in specie reuiuificat cum augmento quod gerit. id est. **E**cce
ecce dedi vobis omnia herba afferentem seminem super
terram. que hinc in semetipsa sementem sui gene-
ris. quod exponens bern. di. **C**um desideria bona
concipimus semen in terram mittimus. cum
vero opera recta producimus herba sumus
cum autem ad perfectum boni operis crescimus
ad spicam peruenimus. cum autem in perfectione
eiusdem operis solidamur. iam plenum fru-
mentum in spica perferimus. **R. T**erci

um quod habent angeli supra se ad deum con-
sistit in alacri laudatione. semper enim et sine in-
termissione deum laudant sicut supra laude
est ostensum. sic et nos deum continue col-
laudemus quam laudem tunc veraciter of-
ferimus si omnia que agimus in laudem do-
mini ordinamus quod apostolus monet di-
cens. **O**mnia que facitis siue in verbo siue
in facto. omnia in laudem domini facite.
Hic per psalms. dicit dominus. **S**acrificium lau-
dis honorificauit me. **V**erum quia laus an-
gelorum veraciter est mentalis et spiritualis
ideo tunc in laudando deum maxime ange-
los imitamus. quando pre nimio affectu lau-
dis obmutescimus non inuenientes verba
que affectui sufficiant vel que valeant in ali-
quo respondere. talis enim laus est maxima
et laudi angelorum maxime correspondet.
Unde greg. super illo verbo psalms. **L**audate
dominum secundum multitudinem magnitudinis
eius di. **D**iuine magnitudinis facta tunc ve-
rius explemus. cum hic nos explete non posse
cognoscimus tunc facundius loquimur cum
ab his obstupescendo obmutescimus. **I**lle
ergo deum secundum multitudinem magnitudinis
maxime laudat. qui se succumbere in eius lau-
dis expletione consistit. in his ergo tribus. scilicet. con-
templatione dilectione laudatione. si angelos imitabi-
mur ad eorum virtutum consortium veniemus nos
illuc perducite iesu christo. **LXXXIX**

De eodem sermo tertius.

E runt quasi an-
geli dei in celis. **M**at. xxij. **D**i.
gre. quod superna ciuitas ex angelis
et hominibus consistit. demus et nos aliquid ex illis
distinctioibus supernorum ciuitatum ad usum nostre puer-
sationis trahere. nos ipsosque ad incrementa vir-
tutum bonis studiis inflammarum. vñ ipsi homines
qui ad celestem patriam redeunt ex eis agnitionibus ali-
quod illuc reuertentes imitentur. **D**istincte namque
conuersationes hominum singulorum agniti-
onum ordinibus congruunt et in eorum sortem
per conuersationis similitudinem deputantur.
Cum ergo verbum tam politum thetanicum quod sicut greg.
hoc promittit in munere. ut homines licet vi-
les vermiculi vixtote de terra cum vermibus
procreant in angelorum debeant consorti